381

Ista allegã ꝙ apli·i·p̄dicato
res q̄ꝺiu sn̄ xp̄o·i·xp̄i gr̄ia sũt
tam diu nichil prēdũt· et rethe
p̄dicacionis ꝑ nichilo in seculi
mare ponunt· qꝛ nullos pisces
id ē nullos fluxibiles peccatores
capiũt et cōuertũt· et potissime
de nocte id est quãdo sine lumi-
ne diuine gr̄ie p̄dicãt ⁊ piscãtur
et quãdo ad sinistrã nauigij·id ē
sub spe bonoꝝ terrenorum vel
gloie tp̄alis q̄ p sinistrã intelli-
gitur rethe p̄dicacionis sue mit
tere noscũtur Sed quãdo xp̄c p
gr̄ciam vult eis adesse· et ad eiꝰ
instinctũ in dexterã nauigij·i·in
spe eterne retribucionis rethe p̄
dicacoīs nouerũt ponē ⁊ ad no
bilitatem supnam oīa ordinare
tũc habundãter pisces capiũtur
et peccatores conuertũtur Igitr
ad dexterã est ponendum rethe
p̄sente domino et non absente·
cuiꝰ contrariũ multi p̄dicatores
faciunt·quia solũ ad laudem hu
manam p̄dicãt· et sic ad sinistrã
non ad dexterã rethe ponũt· Ec
clesiastes x·Cor sapientis in dex
tera eius: stulti autē ī sinistra
Vl̄ dic ꝙ petrus ē quilibet iustꝰ
qui debet tunicam honeste conu
sacionis sibi succingere et ī mare
penitencie ponere et ad ih̄m q̄
est ī littore padisi p bona opera
venire et ab ipso prãdiũ eterne re
fectionis recipere·Math xxij·
Ecce prãdiũ meũ paraui: venite ⁊c̄·
Vel dic ista ad comendacioēꝫ
fidei petri qui p nauē venire nolu
it: ſꝫ ī mari se posuit et sic suppo-
sito sup aquas vel saltē p aquas
iuit Hic sequitur de petro cui
ē dixit dn̄s petre amas me pa-
sce oues meas· In quo dicunt
doctores aliq̄ triplicem negacio
nem purgatam Fit eciaꝫ hic mē
tio de p̄matu ecclesie dato petro
et eciam de morte eius·De ioh̄e
euangelista de modo sui decessꝰ
inquãtum de eo dicit xp̄s· Sic
volo eum manere donec veniam
Ita ꝙ exijt sermo et opinio īter
fratres ꝙ discipulus ille non mo
ritur ·i· ꝙ mori nō debebat ⁊c̄·
Igitur ista ad cōmendacionem
petri ⁊ iohannis possunt addu
ci: ſꝫ de omnibꝫ omittamus

Explicit moralisacio scḋm
Johannē Incipit moralizacio
sup actus apostolorum·

De actibꝫ apostolo
rũ pauca sub bre-
uitate transcurro·
et pauca de multis
accipiens ad finē o
peris iam fatigatus accelero· I
gitur de iuda ꝓditore et suspen
sione eius vide supra Mathei·
xxvij· Illud autem qḋ h̄ dicitur
ꝙ xp̄c dixit discipulis de futuro
tp̄e q̄rentibꝫ Non est inquit ves
trũ nosse tempora q̄ pater po-
suit in sua potestate Hoc po-
test allegari ꝙ ad cristi viros rli
giosos xp̄i discipulos ⁊ amicos
non ptinet vacare ad inuestigã
dũ futuroꝝ tp̄m racionem sic fa-
ciunt astronomi· qui scrutantur

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-260/0741
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG